

In ſcuto autem octiès lemniſcato tęnijs, tum atris, tum argenteolis, eſt DVCVM SAXONIAE in Imperio.

*Io. Iacob. Chiffletius in teſſeris Equitum Vell. aur.*



Atque adſimilis balteus, ſed coccineus, ſupra ſcuti aream, ſexiès partim argento, partim ſabulo tæniatam, eſt FANZIIONIORVM in Belgio.

*Iacob. Hericourt.*



His addam hoc loco balteum praſinum, è ſpineo ramali, in teſſera punicea, ter argento ſegmentata; quæ eſt PRINCIPVM RVPELLAE, & CARAFENSIVM A SPINA in Regno Parthenopæo.

*Io. Iacob. Chifflet.*

Etſi autem raro baltei ex vno colore, aſtringunt alterius coloris parmulas ſymbolicas,



Vti puniceus balteus, in ſcuti areola virenti: quod fuit olim ſchema EQVITVM A BALTEO in Ethruria;

*Vincent. Borghin. de famil. Florent.*



Aut puniceus item, in ſaphirini coloris alueolo: quæ eſt teſsera RVFFOLAE familiæ Florentiæ. Quando id contingit tamen; ne color ſit ſuper colorem, laciniolis tunc ex metallo, ijdem baltei colorati muniuntur.

*Idem.*

Ita

*Gallicè Bande cotoiée de deux filets.*



Ita circa coccineum balteum, ſunt hæ aureæ laciniolæ, in parmula cyanea, familiæ ALBERGATAE Bononiæ.

*Alphonſ. Ciaccon. in Vita, & Rebus geſtis Pontificum, & Cardinalium.*



Argenteolæ, cùm ſimili balteo parmulaque, ſunt ARCIMBOLDAE familiæ in Ethruria,

*Andreas de Ryet in teſſeris Nobilium M.S.*



Aureæ, circa balteũ item coccineũ, in praſina ſcuti areola, ſunt familiæ MENDOZAE in Hiſpania.

*Alphonſ. Lopes de Haro.*



Aut aureæ pariter, circa praſinum balteum, in muricato ſolo parmulæ gentilitiæ; ſunt ANTOLINEZIORVM item in Hiſpania.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*

Porrò has, vt dixi, ex metallo fimbrias putem aſsui præcipuè; ne color incubet colori: in qua me ſententia illud confirmat: quòd videam, in parmula DVCVM DE INFANTADGO, ſupernè tantùm auro ſtipari balteum praſinum: vbi videlicet metui poterat vetitus cõtactus duorum colorum, hoc eſt praſini puniceique. Nam infernè haud fuerit neceſsaria eiuſmodi tæniola; ſiquidem ibi balteo colorato iungitur area metalli argenteoli.

At in eum finem non adhibentur ſeiunctæ à balteis laciniolæ: quoniam hæ ſunt ſemper eiuſdem cum balteo vel coloris vel metalli, ac pulchrè iubar eius comitantur.



*Gallicè bãde accompagnée de deux filets.*

*Andreas de Ryet in teſſer. Nobil. M. S.*

*Iacob. Hericourt.*

Vti argenteæ, in ſcuti alueolo miniato: quæ eſt teſſera RAVENNAE in Italia, & HOVBINESIORVM in Belgio.



*Andreas de Ryet.*

Argenteæ iterum, ſed in alueolo cyaneo: atque hæc icon gentilitia eſt ESSARSIORVM in Gallia.



*Idem.*

Puniceæ in laterculo ſcuti aureo: quod ſchema eſt BEAVFORTIORVM in Belgio.



*Iacob. Hericourt.*

Puniceæ rursùs, ſed in aruo ſcuti argenteolo; ac ſunt FALESIORVM pariter in Belgio.



*Marcus. Gilbert. Deuarennes in rei teſſer. deſcript.*

Atque adeo furuæ, in eiuſdem metalli areola, & ſunt QVATREBARBESIORVM BOVILLEORVM in Gallia.

Aliquando etiam balteus iuſtimodi, vel intra limites ordinariæ ſuæ laxitatis, iubar diuerſum vibrat, in toto medio triente.



*Io. Iacob. Chifflet.*

Vti balteus nigellus, quodammodo impreſſus balteo alio exiliore argenteolo, in parmula illuſa metallo aureolo; quæ icon teſſeraria eſt CAPVANAE familiæ in Regno Parthenopæo.

Sed & videtur interdum, media ſua longitudine adapertus, hic balteus ſymbolicus, reddere ipſum aræ lumen.

Vti



Vti balteus argenteolus, in area luminis veneti; quæ fuit icon ſcutaria Romæ olim familiæ de Nigris.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*

Ceterùm deiunctæ iſtiuſmodi tæniolæ, circa balteos, fiunt etiam nonnumquam duplares: atque adeò inſertis, obuerſiſque mutuò patibulis, aſperantur:

*Gallicè d'azur, à vne bande d'argent, accõpagnèe de deux doubles cotices d'or, potẽcees & conrrepotencees de meſme de treice pieces.*



Vti ſunt aureæ laciniolæ, circa balteum argenteum, repetitæ atque vtrimque patibulatæ, in ſcuti valuulo cyaneo. Quæ ſunt inſignia Campaniae, atque inſuper etiam familiæ Sancerrae in Gallia.

*Marcus Gilbert. Deuarennes in rei teſſer. doſcript.*

Iam vt ad ſimplices balteos teſſerarios redeam, reperiuntur ij quandoque breuiores:

*Andreas de Ryet in teſſeris nobilium M.S.*



Vti ſunt balteus aureus, manans è ſcutaria coronide eiuſdem metalli, in pulli luminis laterculo; quod ſchema refertur à Ioanne Gulielmo.

*Sect. 2. c. 8.*



Balteus verò ater, in area ſcuti argenteola, & qui deſinit in imam eius cuſpidem puniceam: atq; hoc ſchema gentilitium eſt familiæ Diemansteiniae in Sueuia.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

Sunt huius generis præterea dimidij baltei, qui ſitu ſeiuncti, abeunt à ſe inuicem: vt punicei duo, &



mu-

muniti argentea laciniola, in ſcuti alueolo virenti: & hi ſpectantur in teſsera Comitum MONTIS ACVTI in Hiſpania.

*Alphonſ. Lopes de Haro, in nobiliar. genealogico Hiſp.*



Totidem etiam, ſed argentei atque exiliores, in veneti luminis parmula, ſunt ZORKSIORVM in Regno Magnæ Britanniæ.

*Io. Guliel Anglus in tract. rei teſſ.*

Venio iam ad frequentiores hos balteos, & primùm ad eos duplicatos, dimidioque minores, ſed quodammodo nexiles.



Vti ſunt baltei duo, alter puniceus, alter verò argenteus, in atrata parmula: ſunt autem HALDERIORVM in Bauaria,

*VVappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Vel duo item baltei, alter ex argento, cum area ſupernè coccinea: & ex cocco alter, cum argentea eadem area infernè: quam iconem gentilitiam Venetijs habet familia HEMO.

*M.S. ex Muſæis Romanis.*

Quoniã hi tamen rari ſunt, pergo ad alios, qui areã vniuerſam imprimunt. Ex hoc genere ſunt quaterni.



Aut ex oſtro argentoque, in ſchemate familiæ SCHONBVRGIAE A GLAVARTENSTEIN in Imperio.

*VVappenbuch.*



Aut

Aut ex cyanò, atque iterum ex ar-
*M. S. ex Muſæis Romanis.* gento, in ſtemmate gentilitio CHALERGIORVM Venetijs.



Aurei duo, nunc in praſino ſcuti al-
*Eadem M.S.* ueolo: & hi ſunt NAVAGERIORVM Venetijs.



Nunc in laterculo eiuſdem ſcuti
*VVappenbuch. ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.* atro, ac ſunt TREBRAE familiæ in Saxonia.



Argentei duo, in furua perinde ſcuti areola, ſunt SEEMANERIORVM in *VVappenbuch.* Bauaria.



Miniati totidem, in aruo ſcuti argenteolo, ſunt CASTROCVCCHIORVM *Philibert. Cāpanile in teſſeris Nobilium.* in Italia.



Totidem veneti, in eiuſdem metalli parmula, ſunt ZIANIORVM Venetijs. *M S. ex Muſæis Romanis.*



Ac totidem furui, in ſcuti valuulo adſimili, ſunt BERLERIORVM A TVL- *VVappenbuch.* LAVVIO in Sueuia, STEINIORVM IN LIE-

*VVappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

Liebenstein in Thuringia, & VVehreniorvm in Haſſia.

At beſſales baltei, hoc eſt triente minores, quàm ſit balteus integer ac ſolidus; Sex numero,



*Io. Iacob. Chiffletius in teſſeris Equitũ Vell. aurei.*

*Alphõſ. Ciaccon. in Vita & Rebus geſtis Pontificũ, & Cardinalium.*

Aurei ac punicei, ſunt familiæ Aqvinae Neapoli, & familiæ Ghisleriae Bononiæ.



*Andreas de Cheſne in Hiſtor familiarum nobiliũ Galliæ.*

*M. S. ex Muſæis Romanis.*

*VVappenbuch.*

*Andreas de Ryet in teſſeris Nobilium M S.*

*M. S. ex Muſæis Romanis.*

Vel punicei aureique, ſunt familiæ Avesniae in Gallia, familiæ Bobboniae, ac Boveschiae Romæ, familię Cortenbachiae ad Rhenum, familię Laeliae in Italia, ac Romę familię Maddalenae.



*Io. Iacob Chiffletius in teſſeris Equitum Velleris aurei.*

*Franciſcus Petrius in Hiſtoria Neapolit.*

*Vincent. Borghin. de famil. Florent.*

*Franciſc. Petrius.*

*Io. Iacob. Chifflet.*

Aurei ac cyanei ſunt familiæ Bvrgvndicae; ſed in veteri teſſera, & cum ora ſcuti coccinea, ſunt Lobelliorvm Leciæ in Regno Parthenopæo, & ibidem Ravignanorvm, Florentiæ Scholarivm, Sersalivm Neapoli, atque in Italia Vrbini.



*Franciſc Petrius.*

*Vincent Borghin. de famil. Florent.*

*Marcus Gilbert.*

*Inſignia Auratorũ Equitum Spiritus ſancti.*

*Franciſc. Petrius*

Argentei & coccinei ſunt Bandinorvm, & Baroncelliorvm Florentiæ; Marosselliorvm, & Miolaniorvm in Gallia; Scaglioniorvmqve Auerſæ in Regno Parthenopæo.



Vel

*VVappenbuch ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

Vel ſecùs coccinei argenteique, ſunt ELRICHSHAVSENIORVM in Franconia, & REIFENBERGIORVM ad Rhenum.



*Alphonſ. Ciaccon.*

*Franciſ. Petrius.*

*M. S. ex Muſæis Romanis.*

*Iacobus Cagna in Summario nobilitatis Patauinæ.*

Argentei rursùs, ſed ſimul cyanei, ſunt familiæ BLANCHETTAE Bononiæ, MANSELLIORVM, & MARAMALDIORVM Neapoli, Lucæ in Ethruria MICHAELIORVM, ac VERGIOLESIORVM Patauij.



*Auguſtin. Franſon. in teſſeris gentilit. Nobil. Gen.*

*Iacobus Cagna.*

Aut ſitu præpoſteri, nempe cyanei atque argentei, ſunt FIESCHORVN Genuæ, OBIZIORVMQ. Patauij.



*VVappenbuch.*

Furui autem, atque iterum argentei, ſunt TROESTIORVM in Saxonia.

Tres deinde beſſales baltei teſſerarij;



*Andreas de Ryet in teſſer. Nobil. M. S.*

Vel aurei in area punicea, ſunt VZELIORVM in Gallia.



*Io. Scohier in geneal Croyæ fam.*

*Inſignia Auratorum Equitũ Spiritus ſancti.*

*Io. Iacob. Chiffet.*

Vel perinde aurei, in ſcuti alueolo ſaphirino, ſunt AVMALLIORVM in Belgio, in Gallia BVDOSIORVM, SANGRORVMQ. in Regno Parthenopæo.



Argentei tres, in muricata parmula, ſunt CLVGNYORVM in Gallia.

*Inſignia aurato-rum Equitū Spi-ritus ſancti.*



Coccinei totidem, in ſolo argentei metalli, ſunt COESQVENIORVM in Gallia, & GVALANDIOBVM Piſis in Ethruria.

*Marcus Gilbert. Deuarennes in rei teſſer. deſcript.*

*M.S. ex Muſæis Romanis.*



Cæſij tres, nunc in valuulo aurato, ſunt CONTARINIORVM Venetijs, PONTHIEVIORVM in Gallia.

*Eadem M.S.*

*Andreas de Cheſne in Hiſtor. fam. nobil. Galliæ.*



Nunc in eodem valuulo argentato, ſunt RVBEORVM Piſis iu Ethruria, VRREARVM in Hiſpania, & ZENORVM Venetijs.

*M.S. ex Muſæis Romanis.*



Tres inſuper coloris praſini, in crocei luminis areola, ſunt SALIGNACHIORVM in Gallia,

*Marc. Gilbertus.*



Tres nigelli demum, in parmula metalli argenteoli, ſunt familiæ GRANVELAE in Belgio, (ſed cum teſſera Imperij in ſcutaria coronide)& familiæ SACCHETTAE in Italia.

*Io. Iacob. Chifflet.*

*Alphōſ. Ciaccon. in Vita & Rebus geſtis Pontif. & Cardinalium.*



Nexi-

*Andreas de Ryet in teſſeris nobilium M.S.*

Nexiles verò, & ſimul iugarij baltei, numero tres, partim oſtro, partim argento expicti, in aurata parmula, ſunt familiæ BORSANAE in Gallia.

*Gallicè bandes vuidees d'argent, & remplis de gueulles.*



*Idem.*

Totidem argenteoli baltei, atq; oſtro præterea imbuti, in virenti parmula, ſunt FILOMARINORVM Neapoli.

His adijcio balteos trientales; hoc eſt duobus trientibus minores, quàm ſit balteus iuſti modi; & qui vocabulo proprio à Fecialibus exprimi ſolent, quando excedunt numerum octonarium.



*Io. Iacob. Chifflet.*

Octoni ex his, argentei puniceique, ſunt POLHEIMORVM in Imperio.

*Gallicè cotices ou bandes en deuiſe*



*M. S. ex Muſæis Romanis.*

Cyanea verò inſtita præcincti, ſunt CORSINIORVM Florentiæ.



*Eadem.*

Baltei quatuor punicei, in aureo quidem laterculo, ſunt familiæ BARAHONAE in Hiſpania.

*Gallicè d'or, coticè de gueulles, de quatre pieces.*



*M.S. ex Muſæis Romanis.*

In eo laterculo autem argenteo, ſunt ARIANORVM, & LAELIORVM in Italia.

*Alphonſ. Ciaccon. in Vita, & Rebus geſtis Pontificum, & Cardinalium.*



Totidem cyanei, in aurata parmula, fuerunt ſchema olim REGVM GOTHORVM.

*M.S. ex Muſæis Romanis.*



Deni baltei, partim aurei, partim cyanei, ſunt CONTARINORVM Venetijs.

*Idem.*



Aut partim argentei, partim verò cyanei, ſunt SCKENCKIORVM A TEVTENBERGIO in Imperio.

*VVappenbuch.*

Aut partim punicei, partim crocei, ſunt SCHENKENIORVM A VVIDEBACH in Miſnia.

*VVappenbuch.*



Quini aurei, ſeu in muricata parmula, ſunt VERARDORVM Venetijs.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*



Seu in eadem parmula ſaphirina, ſunt SOVVREORVM in Gallijs.

*Inſignia auratorum Equitũ Spiritus ſancti.*



Quini pariter, ſed argentei, in areola coloris veneti, ſunt ENSEGNIERORVM Venetijs.

*Eadem M.S.*

Toti-



Totidem cærulei, nunc in ſolo aurei metalli, ſunt Breton-Crilloniorvm, & Rochegvioniorvm in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



Seni etiam aurei, in cæſij coloris alueolo, ſunt Valavssiorvm Venetijs.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*



Nunc in ſolo metalli argẽteoli, ſunt Ataideorvm in Luſitania.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*



Argentei, in valuulo muricato, ſunt Venetijs pariter Belegniorvm.

*Eadem.*



Seni aurei, totidem punicei, ſunt familiæ Carrettae in Liguria.

*Alphõſ. Ciaccon. in Vita & Rebus geſtis Pontificũ, & Cardinalium,*



Cyanei, in area metalli argenteoli, ſunt Montrelaisiorvm in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

Sed



Sed reciprocant iubar coloris ac metalli, exiliores baltei duo, ſemi cyanei in dextero parmulæ ſemiſſe aureo, ſemique aurei in ſiniſtro ſemiſſe cyaneo: eaque ſcutaria icon eſt BAFFIORVM Venetijs.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*



Aut etiam baltei ſex ſemi-argentei ac ſemi-punicei, in vno atq; eodem contextu areæ ſymbolicæ: quæ eſt teſſera gentilitia DAMVGLIAE familiæ pariter Venetijs.

*Eadem.*

Ad hæc exarantur baltei exiliores interdum iugarij, & paralleli:



Vt terni punicei, in parmulæ aurato alueolo. Eſt autem ea gentilis teſſera FERRERIORVM Valentiæ in Hiſpania, & Genuæ PANZANIORVM.

*Eadem.*

*Auguſtin, Franſon. in teſſer. gentilit. Nobil. Gen.*

Denique abſciſi & breues baltei;



Nunc terni aurei pendulique, in coronide ſcutaria conchyliatæ parmulæ, ſunt gentis LVDOVISIAE Romæ.

*Alphōſ. Ciaccon. in Vita, & Rebus geſtis Pontif. & Cardinalium.*



Vel totidem cyanei, in faſcia impreſſi argenteola, ſuccingēte aream ſcuti

*VVappenbuch.ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

ſcuti coccineam, ſunt KNOBELSDORFIORVM in Sileſia.



Vel quaterni atri, totidemque aurei, in vacerra ex eis lemniſcata, ſupra ſcuti aream argenteolam, ſunt CHAVERONIORVM in Gallia.

*Philibert. Monet.*



Vel cum apice ſcutario ſaphirino, aurei baltei tres, in muricata parmula, ſunt CARACCIOLORVM Neapoli.

*Io.Iacob.Chifflet.*

Poſſem nobiliſſimas teſſeras plures, ita ſegmentatas, hoc loco iam referre: ſed quia typos alios aſciuerunt in verticem ſcutarium; erit conſultius de illis meminiſſe, vbi cenſus peculiaris eorumdem typorum à me inſtituetur. Putem autem, vniuerſam ſcuti paginam in eis fuiſſe olim virgatam, & lemniſcatam; donec in faſtigiũ ſcutarium inſeri cœptæ ſunt icunculæ aliæ. Seu fuerint ſigna ſocialia, partium videlicet Gibellinarum, Guelpharumque: ſeu fuerint alterius generis figuræ teſſerariæ, quarum eſt ingens varietas. Diſcrimen illud interim notare ſit: nunc vertici ſcutario iungi hos balteos breuiores, abſque interpoſita tæniola: nunc verò hanc intercedere, atque inſtar tigilli, eum verticem ſuſtentare. Illud in teſſeris FELTRIORVM, FRANCIPANIVM, MAFFEIORVM; hoc in teſſeris MILLINORVM, SABELLORVM, VRSINORVMQ. obſeruare licebit, quando eæ delineabuntur.

*De diagonali tænia, quæ ab læuo angulo ſupero duci ſolet.*
*Cap. XXX.*

BALTEVS hic ſiniſter, intra gloriam eſt ingenuorum natalium: neque enim cum ſpuria clabula, ſeu cum notha illa lineola confundi debet, quæ vitioſæ prolapię index habetur. Rarus eſt quidem hic balteus ſiniſterior, in teſſeris gentilitijs Nobilium Italiæ, Galliæ, Hiſpaniæ, atque Britanniæ: ſed ſuum decus retinet tamen, in teſſeris non adeo paucis Nobilium Germaniæ. Fuerit verò militare cingulum, fortaſſe pharetris ferendis aptum: quemadmodum hodieque ſimili cingulo vtuntur milites, geſtandis ab humero pendulis aheneis fiſtulis longioribus: quas vulgò appellant *charabinas*.

Gallice barre.



Iam hic ſiniſter balteus aureus, in
Marcus Gilbert. Deuarennes in vei teſſ.deſcript. parmula oſtro illuſa, eſt HENINIORVM BOSSVCIORVM in Gallia, & STOCKHEIMORVM in Haſſia.
VVappenbuch.



Aureus perinde, ſed in parmula omnino atra, eſt HVTTENHEIMORVM in Alſatia. VVappenbuch.



Argenteus, in area cinnabari expicta, eſt MOERGERIORVM in Auſtria, VVEILERIORVM, & VVILDENSTEINIORVM in Franconia. Idem.



Puniceus, in laterculo metalli argenteoli, eſt RAPPACHIORVM in Imperio. Idem.



Ater, in ſolo eiuſdem metalli, eſt HERDTIORVM in Brunsvvigia, & STEINORVM AB OSTEIN in Franconia. Idem.

Sæpe tamen hic balteus ſiniſter, integer ſolidusque, ſpectatur in area bipartita.



Seu ab latere, vt in area ſupernè punicea, infernè argenteola, fuſcus balteus; qui eſt CHALANTIORVM in Sabaudia :

*Alphōſ. Ciaccon. in Vita. & Rebus geſtis Pontif. & Cardinalium.*



Seu directè, & in area quidem à dextris praſina, coccinea verò à ſiniſtris, balteus argenteus: qui eſt VVAHRENIORVM in Miſnia.

*VVappenbuch. ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

Aliquando aut ipſemet balteus eſt bipartitus; vt ſupernè aureus,



infernè argenteolus, in muricata ſcuti areola: quæ icon gentilitia eſt LVNGENIORVM A PLANECK in Bauaria. *Idem.*



Aut manat ex coronide ſcutaria cõcolori; nempe coccineus, & fluens in ſubiectam aream ſcuti argenteolam: eſt autem VVISBECKENIORVM pariter in Bauaria. *Idem.*

Interdum etiam eſt in parmulis ſegmentatis:



Vti balteus læuus & praſinus, inſtar mitellæ rutaceæ, ſuper aream ſcuti atrã, ter auro tæniatam: quæ eſt icon gẽtilitia MASCHVVITZIORVM in Miſnia. *Idem.*



Et balteus ſiniſter argenteus ordinarius, in ſcuti pagina ſexiès balteis dextris, cyaneis puniceiſque, lemniſcata; qui omnes tamen fimbrijs aureolis interſtinguuntur; ne colori color aſsui videatur: eſtque icon ſcutaria ROSCIAE familiæ Romæ.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*

Præterea hæ diagonales inſtitæ, numero plures, vel ſunt inuicem nexæ:



Vti altera punicea, & altera argentea, cum argento ſupernè, infernè autem cum oſtro: quæ teſsera eſt GRANSEYORVM AB VTTENDORFIO in Bauaria.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



*Gallicè barrè de ſable, & d'argēt.*

Vel ſunt diſpertitæ, in ſcuti vniuerſam paginam; vt binæ furuæ, totidem argenteolę, in ſchemate SCHONFELSIORVM in Miſnia.

*Idem.*



Vel deiunctæ ſunt, atque aream habent: vt binæ aureæ, in muricata parmula; quæ eſt HVTTENIORVM A STOCKELBERGIO in Franconia.

*VVappenbuch.*



Totidem verò atræ, in alueolo metalli argenteoli, ſunt VVEITERSHAVSENIORVM in Haſſia.

*Idem.*

At inſtitæ diſſimiles, raræ ſunt quidem, ſed inueniuntur tamen:



Vti altera cyanea, & altera coccinea, in

in argentea ſcuti areola : quæ eſt BLANCKENBERGIORVM in Franconia. *VVappenbuch, ſeu libertesſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

Eædem beſſales, ſeu etiã trientales inſtitę, ſubinde occurrent pariter,



Nunc tres argenteæ tres puniceæ, cum aurea ſublica eis impreſsa: quæ icon ſcutaria eſt BVRGAVVIORVM in Imperio. *Io. Iacob. Chifflet.*



Nunc octonæ, puniceæ partim, & partim argenteolæ: ſunt autem SEVBERSDORFIORVM in Bauaria. *VVappenbuch.*



Nunc etiam denæ, partim argenteæ, partim puniceæ, ac ſunt AESVVEINORVM ad Rhenum. *Idē VVappenbuch.*

*De teſſerario Cantherio.*
*Cap. XXXI.*

LOQVOR de ea typi ſymbolici figuratione, quæ ita fit; quaſi duæ inſtitæ vnō annexu iungantur; inſiſtãt verò diuaricatis cruribus, in modum circini. Feciales Capreolum, ſeu Catherium vocant: & cuſpide ſurſum erecta, vt plurimum attingit extremam, ac mediam regionem ſcutariæ coronidis. *Gallicè cheuron.*



Capreolus ita deſcriptus & aureus, in muricata parmula, eſt ESARSIORVM, NESTANCOVRTIORVM, & VAVBECOVRTIORVM in Gallia. *Marcus Gilbert.*



T 2 Au-

Aureus perinde, ſed in areola colo-
*Marcus Gilbert.* ris veneti, eſt BELLEFAYEORVM,
*Io. Iacob. Chifflet.* CHAMPDIVERSORVM, & CORREVODIO-
*Marcus Gilbert.* RVM in Gallia, & ibidem ECHALAR-
*VVappenbuch.* DIORVM; NEHEMIORVM in VVeſtpha-
*Idem.* lia, SPARRIORVM in Thuringia, &
*M. S. ex Muſæis Romanis.* Venetijs VENDELINORVM.



Aureus item, ſed in atrato parmulæ
*VVappenbuch.* alueolo, eſt EHINGENIORVM in Sueuia.



Argenteus deinde cantherius, hic idem ſymbolicus, in ſcuti area con-
*Marcus Gilbert.* chyliata, eſt BAVEVXIORVM in Gallia,
*VVappenbuch.* BONGARTIORVM ad Rhenum, & LE-
DEBVRIORVM in VVeſtphalia.



Argenteus, in ſcuti aruo cyaneo, eſt
SCHVKENIORVM in Carinthia. *VVappenbuch.*



Argenteus pariter, in pullato par-
mulæ laterculo, eſt BRAQVEMONTIO- *Philibert. Monet.*
RVM in Gallia, in Belgio LAVVENIO- *Iacob. Hericourt.*
RVM, OEDENBERGIORVM in Bauaria, *VVappenbuch.*
& ROVYORVM in Gallia. *Marcus Gilbert.*



Puniceus capreolus teſſerarius, in au- *Andreas de Cheſne in Hiſtor. familiarum nobiliũ Galliæ.*
rato ſcuti alueolo, eſt AXELLEORVM,
ac MASERODIORVM in Gallia; atque *Marcus Gilbert.*
inſu-

*Io.Guliel. Anglus in tract.rei teſſer.*

inſuper Staffordiorvm, in Regno Magnæ Britanniæ.



Puniceus rurſus,ſed in argenteo parmulæ ſolo, eſt Antellarvm Florentiæ, Bolteeorvm in Belgio.

*Vincentius Borghinus de famil. Florent.*

*Iacob.Hëricourt. in ſpeculo nobilit. Hasbanicæ.*



Cæruleus hic idem cantherius gentilitius, nunc in ſcuti valuulo aureo, eſt Trevisanorvm Venetijs.

*M.S. ex Muſæis Romanis.*



Nunc in eo valuulo argenteo, eſt Brovillartiorvm in Gallia, Leich-

*Marcus Gilbert.*

vvitziorvm in Thuringia, & in Miſnia Merschiorvm.

*VVappenbuch,ſeu liber teſſerar.Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Praſinus, in ſolo eiuſdem metalli, eſt Maroniorvm Venetijs.

*M.S. ex Muſæis Romanis.*



Ianthynus, in clypeo teſſerario ſapphirini coloris, eſt Genosiorvm in Gallia.

*Philibert:Monet. in praxi rei teſſ.*



Furuus, in alueolo ſcuti argenteo, eſt Momestegheniorvm in Belgio, & Schaldorfiorvm in Bauaria.

*Iacob. Hëricurt.*

*VVappenbuch.*

Inter-

Interdum ipſe ſcutarius canthetius, areæ pigmenta immutat ſuamet delineatione; vti argenteus cantherius,



Seu cum oſtro ſupernè, atque infernè cum auro; atque eſt Bravnenioravm a Reichenbergio in Alſatia.

VVappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.



Seu cum oſtro & ſabulo; atque eſt Peffenhavseniorvm, & Stingelheimorvm in Bauaria.

Idem.



Seu cum ordine præpoſtero eius vtriuſque coloris; atq; eſt Hocholtingiorvm item in Bauaria.

Idē VVappenbuch

Interdum exaratur, in area ſcuti ab ſummo dirēpti: ſeu integer & ſolidus;



Vti argenteus capreolus, in parmula ſemi-punicea, & ſemi-cyanea; quę eſt icō gētilitia Dominicorvm in Sileſia.

Idem.



Seu iubar in ſemet varians, modò in aſſi luminis areola;

Gallicè d'Azur, au cheuron party d'or & d'argent.



Vti cantherius, partim aureus, partim argenteus, in parmula cyanea: quod ſchema gentilitium eſt SALIGDONIORVM in Delphinatu. *Marcus Gilbert.*

Modò reciprocans iubar, cũ area ad perpendiculum interſecta.

*Gallicè party d'azur & l'or au cheuron party de l'vn en l'autre.*



Vti cantherius ſemi-aureus, ac ſemi-cyaneus, in alueolo ſcuti ſemi-cyaneo, & ſemi-aureo; eſt autem GATOLIORVM Venetijs. *M. S. ex Muſæis Romanis.*



Aut ſemi-cæſius, ſemi-argenteus, in parmula ſemi-argentea & ſemi-cæſia: atque eſt PERINIORVM item Venetijs. *Eadem.*



Aut ſemi-furuus, ſemi-argenteus, in valuulo ſemi-argenteo, & ſemi-furuo: eſt verò RENIERORVM pariter Venetijs. *Eadem.*

Aliter tamen ſcutarius cantherius ab ſummo dirimitur: cum videlicet tota ſua latitudine, vel nouũ iubar & diuersũ ab areæ ſplendore præſefert:



Vti puniceus cantherius, auro impreſſus, in area ſcuti argenteola; qui eſt DONATORVM Lucæ in Ethruria. *M.S. ex Muſæis Romanis.*

Vel aperitur, & ſpectandum præbet ipſum areæ iubar:



Vti cantherius cyaneus, in ſolo ſcuti argenteolo.

*Io. Scobier in deſcript. rei teſſ.*

Atque adeo fit teſſerarius capreolus, ex repetitis mutuòque inſertis patibulis;



*Cheuron potencè, & contrepotencè.*

Vti ex iiſdem patibulis aureis, in veneti luminis areola: quæ icon ſcutaria eſt familiæ BVREAV in Gallia.

*Andreas de Cheſne in Hiſtor. familiarum nobil. Galliæ.*

Sed in ſegmentatis quoque ac lemniſcatis exaratur parmulis.



Vti cantherius ater, in ſcuti valuulo coccineo, faſcijs binis aureis impreſſo; qui eſt CLAMECYORVM in Gallia.

*Marc. Gilbertin.*



*Gallicè de gueulles à deux faſches d'or, au cheuron de ſable, brochant ſur le tout.*

Aureus in ſcuti pagina, ſenis palis argenteis & cyaneis deſcripta; qui eſt familiæ SBARRAE in Vrbe Lucenſi.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*



Puniceus in adſimili parmula; eſt autem FONTENAYORVM in Gallia.

*Marc. Gilbert.*

Quod ſi non tangit ſcutariæ coronidis extremam oram,



*Gallicè cheuron abaiſſé.*

Can-

Cantherius depreſſus vocabitur.

*Cheuròn couſè.*



Sicut etiam, ſi nec latera ipſiusmet parmulæ tangit, dicetur capreolus abſciſſus.

*Cheuròn briſè, ou eclattè.*



Aut ſi cuſpide careat, fractus cantherius, diminutus capite, mutilus, & præciſus nominabitur.

Eſt aliquando etiam inuerſus, & in imam ſcuti regionem cuſpidatus.

*Cheuròn renuerſè.*



Cuiuſmodi capreolum cyaneum, in aurea parmula, Cahortii gerunt in Gallia.

*Philibert. Monet. in praxi rei teſſ.*

Quinimò cuſpidem ſuam capreolus

*Cheuròn tournè.*



Nunc vibrat dextrorſum,

*Cheuròn contournè.*



Nunc autem ſiniſtrorſum:



Atque vtrumq; coccineum, in parmula virenti, habent pro ſchemate gentilitio, iu Miſnia Stensii.

*VVappenbuch ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

Sed vt referam iteratos cantherios, ordinario ſitu expictos, binos & iun-



ctos inuicem, ex ſabulo atque argento, in parmula diſpertita directè, ac partim auro, partim oſtro illuſa, habent ALTENII AB ALTENBERGIO in Sueuia.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Vel ex oſtro atque argento, cum hoc metallo ſupernè, infernè autem cum eo colore, SPARNECHII in Franconia.

*Idem.*



Vel ſede immutata, eius vtriuſque coloris ac metalli, VVERDENSTEINII in Sueuia.

*VVappenbuch.*



Vel rursùs variato eo vtroque lumine, capreolos binos & inuerſos geſtant, pro ſtemmate ſuo, VVITZLEBENII in Miſnia.

*Idem.*



Deiuncti tamen capreoli teſſerarij, & bini aureique, in parmula rubenti, ſunt VITELLAE gentis Florentiæ.

*Vincent. Borghin. de famil. Florent.*

*De gueulles à deux cheurons d'argent, & à la burelle de meſme.*



Bini & argentei, in eiuſdem coloris

areola,

*Marcus Gilbert.* areola, ſunt Poisievlxiorvm in Gallia, ſed cum trientali faſcia, in ſcutarij faſtigij ſuprema regione.



Punicei duo, in parmula metalli argenteoli, ſunt Gravchevvitziorvm in Miſnia.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Totidem cyanei, in ſolo eiuſdem metalli, ſunt Casenoviorvm in Gallia. *Marc. Gilbertus.*



Bini rursùs, verùm inuerſi ambo, iubarque oſtri argentique, cùm parmula bipartita reciprocantes, ſunt Nimitziorvm in Sileſia. *VVappenbuch.*



Terni capreoli aureique, nunc in ſcuti alueolo rubeſcenti, ſunt Claryorvm (ſed cū tigillo cyaneo quinquiès guttato) Crevecoevrorvn, Despenseorvm, Fitignyorvm, Garenchesiorvm, & Lvseorvm in Gallia. *Marcus Gilbert. Io. Iacob. Chifflet. Marcus Gilbert.*



Nunc in ſcuti valuulo ſapphirino, ſunt Bvssiorvm, Clermontiorvm, Girardorvm, Landesiorvm, Mergotiorvm, Renelivm, Sangeorgiorvm, ac Tenarreorvm in Gallia. *Idem.*



Nunc in ſcuti area nigella ; ſunt HAINAVTIORVM pariter in Gallia,

*Andreas de Cheſne in Hiſtor. familiarum nobiliũ Galliæ.*



Terni rurſus, ſed argenteoli, in parmula conchyliata, ſunt ASCHIORVM in Bauaria, LAGNIORVM Neapoli, MACHECOVIORVM in Gallia, RAVENSBERGIORVM in Belgio, ROLINGIORVM item in Belgio, & VARNIERESIORVM in Gallia.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

*Franciſc. Petrius in Hiſt. Neap.*

*Marcus Gilbert.*

*Io. Iacob. Chifflet.*

*Io. Scohier in genealogia Croyæ familia.*

*Marcus Gilbert.*



Coccinei tres, in ſolo parmulæ aureo, ſunt CAVFFOVRSIORVM in Gallia, CLAREORVM in Anglia, IVRYORVM, & SAVOISIORVM in Gallia : ij tamen parmulam habent, limbo item coccineo ac denticulis aſpero, prætextatam.

*Marcus Gilbert.*
*Idem.*
*Io. Scohier.*
*Marcus Gilbert.*



Totidem iterum coccinei, ſed in ſolo alterius metalli, ſunt BASSOMPIERREORVM, CHASTEAV-GONTIERORVM, CVINGHIENORVM, PLVSQVELLERIORVM, & RICHELIEVORVM in Gallia. Quam eamdem gentilitiam teſſeram gerunt perinde in Gallia CHAMBELLAY.

*Inſignia Auratorũ Equitum Spiritus ſancti.*
*Marcus Gilbert.*
*Idem.*



*D'argent, à trois cheurons de gueulles chargès d'vne ſache d'azur,*

Sed hi præcingũt eam inſuper faſcia cyanea ; ſicut eidem circumponunt marginem cyaneum & ſtriatum CHEVRIERESII : addit verò ei ſcutarium apicem coccineum familia SAINCT-PALAY pariter in Gallia.

*Marcus Gilbert.*
*Idem.*

Ad hæc cyanei tres cantherij, in aureo ſcuti alueolo, & ij quidem ele-



*Adrian. Morliere.* erecti; ſunt RELYORVM in Gallia.

*Gallicè, d'or à trois cheurõn renuersès d azur.*



Proni autem, atq; inuerſi ſunt familiæ MONTALLAYS item in Gallia. *Marcus Gilbert.*



Furui tres capreoli teſſerarij, in aurata quidem areola, ſunt ARMELLINORVM Peruſiæ: ſunt familiæ LEVIS, ſeu DVCVM VENTADVREORVM in Gallia; item familiæ LOIGNY in Belgio; MIREPOIX, & RASSE in Gallia; atque ibidem familiæ VIOLAE-

*M. S. ex Muſæis Romanis. Philibert Monet. Io. Scohier in geneal Croyæ fam. Marcus Gilbert. Idem.*



*D'or à trois cheurons de ſable briſè.*

ſed fracti tamen, atque abſciſſi ſuperne.



In areola verò argentata, ſunt BILGERINORVM in Alſatia, cum margine tamen aurato, & SCHROTZIORVM in Belgio.

*Marcus Gilbert. M. S. ex Muſæis Romanis.*



*Burellè d'argent, & de gueulles de dix pieces, à trois cheurons de gueulles brochants ſur le tout.*

His adijciam cantherios puniceos tres, ſupra ſcuti paginam, argenteis & puniceis faſcijs deciès virgatam: quæ icon gentilitia eſt familiæ RO-

CHE-

*Inſignia Auratorum Equitũ Spiritus ſancti.*

CHEFOVCAVLTIAE in Gallia: frequentiores adhuc reperiuntur hi cantherij ſymbolici, ſeu repleant ſcuti teſſerarij vniuerſam paginam, ſeu exarentur in ea.



Ita ſeni, partim aurei, partim punicei, ſunt GALLODIORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



Partim verò aurei, partim atri, ſunt HAINAVLTIORVM pariter in Gallia.

*Idem.*



Seni etiam, argentei & punicei, ſunt FERNARIAE gentis in Gallia, & in Belgio familiæ RAVENSBERGIAE.

*Idem.*

*Io. Iacob. Chifflet.*



Quaterni punicei, in argentei metalli alueolo, ſunt COVRTRAYAE ſtirpis in Gallia.

*Andreas de Cheſne in Hiſtor fam. nobil. Galliæ.*



Octoni partim aurei, ac partim coccinei, ſunt familiæ CHAMAILLARTIAE in Gallia: primus tamen, ex ijs cantherijs, cuſpide tenùs apparet.

*Marcus Gilbert.*

*Le premier cheuron peri en chef.*



Duodeni cantherij, aurei ac muricati,

cati, quorum etiam primi duo ſuperné bifidi ſpectantur, ſunt EGMONDIORVM in Belgio.

*Io. Iacob. Chifflet.*

Sed & capreoli ſcutarij quandoque variant iubar, ac vel ſunt dimidij ex colore, in area bipartita, & illuſa alternante lumine, eiuſdem & coloris & metalli: vel ſunt bicolores, in vnius metalli areola.

Primi generis ſunt



Seu cantherij duo ſemi-argentei, in dextero ſemiſse coloris praſini, ac ſemi-praſini, in ſiniſtro ſemiſse argentei metalli: atque hoc ſchema gentilitiũ eſt BORSELIORVM Venetijs.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*



Seu cantherij tres ſemi-argentei, in dextero ſemiſse atro, ac ſemi-atri, in ſemiſse læuo argenteo: quæ icon ſcutaria eſt PERCKHEVSERIORVM in Bauaria.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

Sunt verò alterius generis capreo-



*D'or à trois cheurons mi-party d'azur, & de guenlles: le ſecond commence par le guenlles.*

li ſymbolici tres, partim cyanei, partim autem punicei, in aurata ſcuti areolà: quod ſtemma teſserarium eſt MERTONIORVM in Regno Magnæ Britanniæ.

*Marcus Gilbert.*

Sed ijdem cantherij ſcutarij reperiuntur quandoque, in palis & balteis teſſerarijs;



Vti furuus cantherius, in palo argenteolo, ſupra ſcuti aream puniceam: eſt autem ERLACHIORVM in Heluetijs.

*VVappenbuch.*



Ar-

Argentei tres cantherij, in punicea ſublica, ſulcante ſcuti areolam cyaneam: ſunt verò POLVVEILORVM in Imperio.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Totidem cyanei, in argentea vacerra, ſupra ſcuti valuulũ puniceum: & hi ſunt familiæ BLANCHAE Venetijs.

*M. S. ex Muſæis Romanis,*

Atque hunc palum impreſſum, vel capreolis coccineis argenteisque, in aureo ſcuti laterculo, habent FRIBOVRII in Burgundia; vel ijſdem atris, aureisque, in ſcuti ſolo conchyliato, habent ibidem VALENCII.

*Marc. Gilbertus.*

*Idem.*



At balteus argenteus, ternis cantherijs puniceis exaratus, in eiuſdem coloris alueolo, eſt familiæ CARMIGLIOLAE Venetijs. Adſimilis verò balteus ex cantherijs puniceis argenteisque, in parmula omninò atra, eſt KVEDORFERIORVM in Franconia.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*

*VVappenbuch.*

Hic autem obiter inſinuauerim, ne huius quidem typi teſſerarij figurationem, excludi poſſe ab re veſtiaria, eiusq; vſu. Etenim hoc perſuadent exiliores cantherij, in lemniſcis aut rectis, aut obliquis: quia ſpectamus eos frequẽtiſſimè, in fimbrijs veſtimentorum; ſeu erecti fuerint, ſeu etiam inuerſi.

Vt me denuò tamen referam ad cantherios grandiores:



Singularis eſt cantherius argenteus, ter inſtitis iugarijs, furui coloris, exaratus in parmula murice ſaturata: Quæ eſt icon gentilitia TROKMORTONVM Gloceſtriæ Comitum in Regno Magnæ Britanniæ.

*Io. Guliel. Anglus in tract. rei teſſer.*



Ibidem etiam cantherij tres exiliores aureique, cancellatim innexi, cum apice ſcutario perindè aureo, ſunt inſignia gentilitia FITZ-HVGONVM.

*Idem.*

De

*De icone teſſeraria nubiloſa.*
*Cap. XXXII.*

ARCTARI, & cogi nubes ipſas videas, intra gentilitias parmulas: & has in præſentia referemus.

Ita ſcuti ſymbolici alueolus, obliquè in nubem diremptus, ac supernè aureus, infernè cyaneus,

*Gallicè trencè, & nuagè d'or, & d'azur.*



Dextrorsùm quidem, eſt HEINSBACHIORVM in Bauaria.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Siniſtrorsùm autem, eſt HOCHSTETTERIORVM in Auſtria.

*VVappenbuch.*

Dextrorsùm denuò ita ſectus, idem ſcuti ſymbolici alueolus, & ſupernè argenteus, infernè puniceus, cum obtuſis & veluti regeſtis, mutuòque implexis nubibus teſſerarijs, eſt PANICHNERIORVM in Bauaria, & in Imperio VVOLGHENSTEINIORVM.

*VVappenbuch.*

*Io Iacob. Chiffletius in teſſeris Equitum Vell. aur.*

Sunt etiam hæ nubes aliquando, aut in vno ſemiſse ipſius parmulæ gentilitiæ;



Vti cyaneæ atque argenteolę, in ima regione; cum ſupernè affulgeat aurum: quæ icon teſſeraria eſt GLADENBECKIORVM in Brunsvvigia.

*Idē VVappenbuch*

Aut intra ipſas inſtitas gentilium parmularum:



Vti atræ atque argenteolæ, in faſcia iuſti modi, præcingente aream luminis punicei. Quod ſchema eſt BASTHEIMORVM in Franconia.

*Idem.*



Aut cyaneæ atque iterum argenteo-læ, in faſcia beſſali, ter repetita, ſupra valuulum eiuſdem luminis punicei; atque hoc ſtemma eſt BLVMENECKIORVM in Alſatia, & LINSINGIORVM in Brunſvvigia.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Aut puniceæ, in duobus balteis læuis, ſupra ſcuti aream argenteolam: atque hæc teſſera eſt LEVTTHORSTIORVM in Haſſia.

*Idem.*

His nubiloſis parmulis, appendicis loco addam alias, haud omninò abſimiles; quæ vtique aream partiuntur in ſemiſses, & ſimul in ſphærulas deſinunt, videnturque in orbem tornatæ: atque innecti ſolent, & quaſi fibulari, miſcellaneo lumine coloris ac metalli,

Cuiuſmodi eſt parmula, ex tranſuerſo dirempta; & vel ſupernè ſabulo, infernè autem argento illuſtris:



*Gallicè coupè, & entè de ſable, & d argent.*

quæ icon ſymbolica eſt Genuæ FREGOSIORVM.

*Auguſt, Franſon. in teſſeris gentilit. Nobil. Genuenſ.*

Vel ſupernè argento, infernè autem oſtro renidens: atque hæc HIERONYMO A TESTA tribuitur Florentiæ.

*Vincent Borghin. de famil. Florent.*



*Gallicè party & ente de gueules & d'or.*

Ab ſummo ad imum ſecta eadem area, & conchyliata in dextero ſemiſse, aurata verò in ſemiſse læuo, eſt familiæ SABINAE Venetijs.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*



Vel

Vel perinde interſtincta, ſed in dextero ſemiſſe praſina, in ſemiſſe autem læuo argenteola, eſt ibidem familiæ Tribeniapoleae.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*



At quæ partitione diagonia, & ab dextero quidem angulo, ita dirimitur, argento pariter atque atramento, eſt parmula gentilitia Orlandiniorvm Florentiæ.

*Vincent. Borghin. de famil. Florent.*



Quin etiam faſcias tres argenteas ita expictas reperies, in cyaneo ſcuti valuulo: & eas gerunt Covsarii Marqvini, pro ſtemmate ſuo gentilitio in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

## *De Gentilitijs teſſeris vndulatis. Cap. XXXIII.*

Vndae nubibus finitimæ, aut ita figurantur in teſſeris gentilitijs; vt fluant agmine trãquillo: aut ita pinguntur; vt volui ſinuoſiùs, ac penè dixerim irato gurgite videantur.



Eſto primi generis, riuus influens pleno alueo, in teſſeram Agvayorvm in Hiſpania.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*



Aut riuus coloris veneti, manans in ima ſolùm regione parmulæ aureæ, nigro balteo præcinctæ: quæ icon ſymbolica eſt Kierorvm pariter in Hiſpania.

*Eadem.*

Sed inſtitæ vndulatę inueniuntur

frequentius, ac velùti alluunt parmulas gentilitias.



*Gallicè faches ondées.*

*Marcus Gilbert.*

Vti faſciæ tres vndulatæ aureæ, totidemque puniceæ: ac ſunt Brezemailleorvm in Gallia.



*Marcus Gilbert.*

Tres aureæ, in ſcuti æquore veneto; ac ſunt familiæ Castri Veteris pariter in Gallia.



*Inſignia Auratorum Equitũ Spiritus ſancti.*

Tres argenteæ, nunc in alueolo muricato, ac ſunt Tovlonioniae gentis item in Gallia.



*Io. Gulielm. Angl. in trac. rei teſſerariæ.*

*M. S. ex Muſæis Romanis.*

Nunc in eo alueolo cyaneo: ſunt verò Bvlbeckiorvm in Anglia, & Tuderti Lambertiorvm.



*VVappenbuch.*

Nunc in eodem alueolo virenti; ac ſunt Gilseorvm in Haſſia.



*Andreas de Ryet.*

*M. S. ex Muſæis Romanis.*

*Inſignia auratorum Equitũ Spiritus ſancti.*

Cyaneæ tres, in valuulo metalli argenteoli, ſunt familiæ Galeottae Neapoli, Marinorvm in Hiſpania, & in Gallia Monbosiorvm.

Octiès



Octiès repetitæ, ac partim argenteæ, partim puniceæ, ſunt SALLEORVM in Burgundia.

*Marcus Gilbert.*



Quaternæ iterùm puniceæ, in parmula metalli argenteoli, ſunt familiæ, cui Genuæ nomen eſt VSO DI MARE.

*Auguſtin. Franſon.in teſſeris gentilit. Nobil. Gen.*



Quinæ coloris veneti, in ſcuti valuulo aurato, ſunt familiæ TAVORAE in Luſitania.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*



Senæ item eiuſdem coloris; ſed in alueolo alterius metalli, ſunt familiæ VARGAS in Hiſpania.

*Eadem.*

Sed ſunt in balteis etiam hę vndæ ſymbolicæ; ſeu ſolitariæ, ſeu gemellæ, ſeu numero frequentiore.

Iſtiuſmodi balteus argenteus:



Aut in parmula coloris coccinei, eſt familiæ MONEGLIAE Genuæ.

*Auguſtin. Franſon.in teſſer. gentilit. Nobil. Gen.*



Aut in areola coloris veneti, eſt AF-

FEN-

*VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

*Iacob. Hericourt.*

FENSTEINORVM ad Rhenum, & MORTIERORVM in Belgio.



*VVappenbuch.*

Aut in ſurui coloris alueolo, eſt VVOGDTIORVM A FVNDINGEN in Bauaria.



*Io. Guliel. Anglus in tract. rei teſſ.*

Vel contra balteus ipſe furuus, in ſolo argentei metalli, eſt VVALLOPIORVM in Regno magnæ Britanniæ.



Balteus item puniceus, in cyanea parmula, ter argento ſegmentata, eſt REDVITZIORVM in Franconia. *VVappenbuch.*



Siniſter balteus deinde, aut argenteus, in aruo ſcuti conchyliato, eſt LAVTERBACHIORVM in Haſſia, & STAMMERIORVM in Saxonia. *Idem.*



Aut puniceus, in ſcuti area, octiès cyano atque argento leraniſcata, eſt MARSCHALCKIORVM in Franconia. *Idem.*



At baltei dexteri, & iugarij ſeu gemelli, cyaneique, in valuulo aurei metal-

*Alphonſ. Ciaccon. in Vita & Rebus geſtis Pontif. & Cardinalium.*

metalli, ſunt familiæ CAIETANAE Romæ.



Argentei, in cæſio ſcuti alueolo, Genuæ ſunt familiæ ALBENGIAE.

*Auguſt. Franſon.*



Rurſùs gemelli baltei, ſed quorum vnus oſtro, & cyano alter pingitur, in argentei metalli laterculo, ſunt familiæ PARENTVCELLAE in Liguria.

*Alphonſ. Ciaccon.*



Quaterni præterea vndoſi baltei, ac furui omnes, in alueolo aurei metalli, ſunt familiæ MARI Genuæ.

*Auguſt. Franſon.*



Quini autem cyanei, in aruo argentei metalli, ſunt ibidem familiæ MARINAE.

*Idem.*

Quin etiam ſcutariæ vacerræ interdum ita fluere videntur:



Vti puniceæ tres, in argentea parmula: & ſunt DOVNESIORVM in Regno Magnæ Britanniæ.

*Io Guliel. Anglus in tract. rei teſſer.*



Totidem etiam iterum puniceę, ſed

in

in aurea inſtita, quæ cingit ſcuti aream argenteam, ſunt THVNGENIORVM in Franconia.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

Vt veniam ad ſcutarias vndas ſinuoſiores.



Argenteam huius generis vndam, intra puniceam inſtitam, quę auream parmulam præcingit, gerunt pro ſchemate gentilitio AVVEDVTI in Vrbe Veteri.

*M.S. ex Muſæis Romanis.*



Cyaneam verò, in adſimili tænia, ſed argentea, ſupra muricatam parmulam, habent MARINI Venetijs.

*Eadem.*



Faſcia ipſa, in hunc modum vndulata ex oſtro, in argentea ſcuti areola, eſt familiæ GROESBECKIAE in Belgio.

*Alphōſ. Ciaccon. in Vita, & Rebus geſtis Pontif. & Cardinalium.*



Tres faſciæ adſimiles argenteæque, in ſcuti æquore veneto, ſunt TOLOSINIORVM Florentię.

*Vincent. Borghin. de famil. Florent.*



Eędem, in ęquore omninò atro, ſunt MORICONIORVM Lucę in Ethruria.

*M.S. ex Muſæis Romanis.*

Balteum



Balteum verò perindè vndoſum aureumque, in ſcuti valuulo cyaneo, DATI gerunt Lucæ in Ethruria.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*



Eumdem ſemi-cyaneum,in dextero ſemiſse argenteo,& ſemi-argenteum in ſemiſse læuo cyaneo, habent LEZI Venetijs.

*Eadem.*



Argenteum balteum autem, tertiò repetitum, in area ſcuti ſabulea, PITTI Florentię,pro ſtemmate ſuo gentilitio, extulerunt.

*Vincentius Borghinus de famil. Florent.*



Fortaſſe etiam, ad teſſerarios hos typos vndulatos, pertineant faſcię tres puniceæ, acutę nonnihil, in aureo ſcuti alueolo; ſunt autem familię CAECIAE Romę.

*Alphonſ. Ciaccon. in Vit. & Rebus geſtis Pontificum, & Cardinalium.*



Quemadmodum etiam adſimiles baltei tres, partim oſtro, & partim argento illuſi, in parmula gentilitia SALONESIORVM Venetijs.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*

Porrò ij, quibus lubet, videant aut Sfortiæ Magni, aut Braccij antiquas icones, expreſſas in eorum elogijs; & fatebuntur, has teſſeras etiam vndulatas, meritò ex re veſtiaria peti poſſe.

## *De teſſeris gentilitijs ſtriatis, ſeu canaliculatis. Cap. XXXIV.*

IN balteis præcipuè, hoc genus typi teſſerarij reperias, quod ſtriatum dixi, & canaliculatum.



*Gallicè De gueulles, à la bande engrillée d'or.*

Ita balteus hoc modo vtrimq; aſperatus aureusque, in puniceo ſcuti alueolo, eſt OISELAYORVM in Gallia.

*Io. Iacob. Chiffletius in teſſeris Equitum Velleris aurei.*



Ater verò, in parmula argenteola, eſt SVSSEXIAE Comitum, in Regno Magnæ Britanniæ.

*Io. Gulielm. Angl. in trac. rei teſſerariæ.*



Argenteus, in muricato clypeo, eſt familiæ MONT-CHENV in Delphinatu.

*Marcus Gilbert.*



Idem tertiò repetitus, in adſimili areola ſcuti teſſerarij, eſt familiæ MOTTE VACVLAIRE in Gallia.

*Idem.*



Siniſter balteus puniceus, in ſolo argentei metalli, eſt familię COVRSIAE pariter in Gallia.

*Philibert Monet.*

Cum autem in præſentia omittam

tam conſultò ſtriatas cruces, ſeu rectas, ſeu traiectas in decuſſim; & præterea ſtriatos margines parmularum; de his enim ſuo loco ſingillatim agemus. Saltem referam iam tetrantes ſcutorum ita prominulos, & canaliculatos.



Nempè binos ex ſabulo, & binos ex auro: quę icon ſymbolica eſt VNMVSIORVM AB ALTENHAVSEN in Sueuia. *VVappenbuch,ſeu liber teſſerar.Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Atque adeò binos ex oſtro, totidem ex argento, in gentilitio ſtemmate LIECHTENSTEINORVM in Franconia. *Idem.* Niſi fortaſſis hę ambę ſint potiùs teſſerę denticulatę.

## *De teſſeris criſpatis & ſinuoſis. Cap. XXXV.*

MODÒ inſtar faſcię, ac modò inſtar baltei ſerpunt, criſpanturq; inſtitæ ſymbolicę cochleatę, ac ſinuatę.



*Gallicè fache engrellée.*

Vti argentea faſcia, in ſcuti laterculo conchyliato: quę eſt CZECHAVVIORVM in Sileſia, KAMPENORVM in Brûſvvigia, MVRACHIORVM in Bauaria. *VVappenbuch.*



Punicea, ſeu in valuulo ſcuti aureo, quę eſt BRENDELIORVM AB HOHMBVRGIO ad Rhenum. *Idem.*



Seu in valuulo ſcuti argenteo, atque eſt Kerpenorvm pariter ad Rhenum. *VVappenbuch.*



Sapphirina, in aruo eiuſdem argentei metalli, eſt autem Senckovvitziorvm in Sileſia. *Idem,*



Furua, in ſolo ſcuti aureolo, atque eſt Vavasovrorvm in Regno magnę Britanniæ. *Io.Guliel. Anglus in tract. rei teſſ.*



Furua iterùm, ſed criſpior, & in ſolo alterius metalli; eſtque Voitenorvm a Saltzbvrgio in Franconia. *VVappenbuch.*



Argentea, inter ſapphiri atque oſtri nitorem, in ſupera imaque ſcuti regione, atque eſt Vlmeorvm in Sueuia. *Idem.*



Faſciæ binæ cochleatæ, auroq. illuſæ, in parmula illita nigro atramento: quæ ſunt Fvchsteinorvm in Bauaria. *Idem.*

Toti-





*VVappenbuch. ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

Totidem argenteæ, in valuulo cinnabari expicto, ſunt Bvebenhofeniorvm in Suevia.
Binæ iterum, & ambæ puniceæ;

Argenteæ duæ, ſed quarum altera in oſtro ſupernè, infernè altera in ſabulo ſerpere videntur: ac ſunt Ilsvngiorvm in Imperio.

*Idē VVappenbuch*





*VVappenbuch.*

Siue in parmula auro conſtrata: ſunt autem Bevereniorvm in VVeſtphalia.

Senæ inſtitæ ſinuatæ, partim argenteæ, ac partim coccineæ, ſunt Geispitzheimorvm in Alſatia.

*Idem.*





*Idem.*

Siue in eadem parmula argentata, & ſunt Spigheliorvm in Miſnia.

Ternæ coccineæ, in aurei luminis alueolo, ſunt Romæ familiæ Montebonae.

*M.S. ex Muſæis Romanis*

Aut



VVappenbuch. Io.Guliel. Anglus in tract.rei teſſer. M.S.ex Muſæis Romanis. Marcus Gilbert.

Aut in ſolo alterius metalli, ſunt BERGENIORVM in Brunſvvigia, DELAMAREORVM in Anglia, familiæ TRINCHAE in Vrbe Roma, & VASCONCELLESIORVM in Gallia.



Alphõſ. Ciaccon. in Vita & Rebus geſtis Pontificũ, & Cardinalium.

Tres cyaneæ, in aurata parmula, ſunt familiæ COMENDONAE Venetijs.



Vincen. Borghin. de famil.Florent.

Aut quinæ aureæ, in areola coloris veneti, ſunt familiæ RVCCELLAIAE Florentiæ.

Quod ſpectat deinde ad balteos criſpatos



Argenteus iſtiuſmodi balteus, in parmula rubenti, eſt SAVONERIORVM Venetijs. M. S. ex Muſæis Romanis.



Cyaneus, in aurato ſcuti alueolo, eſt BAVLMEORVM in Gallia. Marcus Gilbert.



Ater, in ſolo metalli argenteoli, eſt HEILIGENBERGIORVM in Imperio. VVappenbuch.

Pu-



Puniceus verò, impreſſus in balteo alio argenteolo, intra muricatam parmulam, eſt LOSSNITZIORVM in Bauaria.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar Imperij, ac totius Germ.*



Aut beſſalis balteus, ita cochleatus, puniceusque, ſupra ſcuti aream argenteolam, exaratam ternis iugarijs tænijs cyaneis, eſt RATAVLTIORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

*Gallicè bande en deuiſe viuree,*



Aut etiam abruptus & cyaneus balteus, in aurei metalli parmula, eſt REVLANDTIORVM in Belgio.

*Io Iacob. Chifletius in teſſeris Equitum Vell. aur.*



Bini punicei, in argenteo ſcuti teſſerarij alueolo, ſunt REIBISCHORVM in Miſnia.

*VVappenbuch ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Terníque aurei, in æquore luminis veneti, ſunt BARISANIORVM Venetijs,

*M.S. ex Muſæis Romanis.*

Ceterùm hos teſſerarum lemniſcos, obtuſiùs interdum, & interdum acutiùs criſpari, res eſt, quæ ſufficere poteſt ad familiarum diſcrimen; ſi nimirum colores & metalla congruunt: hos autem lemniſcos ita ſinuoſos, hodieq; in indumentis ſpectari, textili opere inductos, tam eſt compertum: vt id prolixiùs confirmare ac proſequi, ſuperuacaneum videatur.

De

*De gentilitijs teſſeris dentatis,*
*Cap. XXXVI.*

EXORDIAR ab ijs, quæ inſtar ſerræ, acuunt minores denticulos, & ſcuti aream diuidunt ex æquo, aut tranſuersè, aut directè, aut dextrorsùm, aut ſiniſtrorsùm etiam obliquè.

*Coupè, & emanchè, endentè, ou denchè.*



Parmula gentilitia, primo modo dirempta, & ſuperne aurea, infernè autem punicea; tribuitur PAZZIS Florentiæ.

*Vincent. Borghin. de famil. Florent.*



Et ſupernè cyanea, infernè aurea, ibidem LARIONIS.

*Vincent. Borghin. de famil. Florent.*



Et ſupernè argentea, infernè ſabulea, familiæ RVFAE Neapoli.

*Andreas de Byes.*



Altero modo interſecta, & vel à dextris argentea, à ſiniſtris punicea, eſt HOSEMANIORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

*Party, & emanchè, endentè, ou denchè.*



Vel à dextris argentea rursùs, ſed à ſiniſtris furua, eſt BELIEREORVM pariter in Gallia.

*Marc. Gilbertus.*



*Vincent. Borghin. de famil. Florent.*

Vel à dextris aurea, à ſiniſtris punicea, eſt CORBIZIORVM Florentiæ.

Tertio modo, nempe à dextris, partitione diagonali, in ſemiſses diuiſa gentilis parmula, &

*Gallicè trenche, & emanchè, endentè, ou denchè.*



Vel ſupernè aurea, infernè conchyliata, eſt BENTIVOLAE familiæ Ferrariæ.

*Alphõſ. Ciaccon. in Vita & Rebus geſtis Pontificũ, & Cardinalium.*



Aut ſupernè auro pariter, ſed infernè cyano illuſa: eſt teſſera Senæ in Ethruria PETRVCCIORVM.

*Alphonſ. Ciaccon.*



Aut ſupernè cyano, & infernè oſtro expicta, eſt MONTMIRALIAE gentis in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

Quarto modo, nempe à ſiniſtris ſecta obliquè parmula ſymbolica, & ſupernè aurea, cæſia infernè, tribuitur Florentiæ GVALTEROTTIS.

*Gallirè taillè, & emanchè, endentè, ou denchè.*

Sunt deinde parmulæ gentilitiæ, cum dentato apice dumtaxat. Ita eiuſmodi ſcutaria coronis aurea,

*Vincent. Borghin. de famil. Florent.*



Seu in puniceo valuulo eſt SARTIORVM in Belgio.

*Iacob. Hèricourtius in ſpeculo nobilitatis Hasban.*



*M.S. ex Muſæis Romanis.* Seu in eo valuulo cyaneo, eſt BONIORVM Venetijs.



*Marcus Gilbert.* Seu in eo etiam atrato, eſt CHASTELIERORVM in Gallia.



*Auguſtin, Fran. ſon. in teſſer. gentilit. Nobil. Gen.* Punicea coronis, nunc in aureo ſcuti laterculo, eſt BVSTARINIORVM Genuæ,



Nunc in ſolo ſcuti argenteolo, eſt YRSILEORVM, & AVLEORVM in Belgio. *Iacob. Hericourt.*



Coronis eadem denticulata & cyanea, in ſolo parmulæ aureo, eſt CHALERONIORVM in Gallia. *Marcus Gilbert.*

Iungitur verò interdum apex dentatus, parmulæ etiam lemniſcatæ:



Vti aureus apex, vel ſupra ſcuti aream cyaneam, impreſſam balteo perindè aureo: quæ icon gentilitia eſt

*Marcus Gilbert.* eſt familiæ à TERNO in Gallijs,



Vel ſupra conchyliatam parmulam, tænijs duabus aureis faſciatam: quæ eſt teſſera HAREORVM in Regno Magnæ Britanniæ. *Io.Guliel. Anglus in tract.rei teſſer.*

Cum hæ autem ſcuti teſſerarij partitiones ſint minoribus denticulis aſperatæ: occurrent prætereà nonnunquam aliæ, decumanis dentibus impreſsæ.

Vt ab latere quidem dirempta parmula,



Nunc auro ſimul & oſtro, quæ eſt RODENHAVSENIORVM in Haſſia. *VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar Imperij, ac totius Germ.*



Vel ſecùs oſtro ſimul & auro; quæ eſt GIRONIORVM in Hiſpania. *Alphonſ. Lopez de Haro in Nobiliario genealogico Hiſpaniæ.*



Nunc auro & ſabulo, quæ eſt STOKHEIMORVM ad Rhenum. *VVappenbuch.*



Nunc argento ſimul atque oſtro, quæ eſt HEVSENSTEINORVM in Imperio, & ISSENDORFIORVM in Saxonia. *Idem.*



VVappenbuch. Vel ordine præpoſtero , quæ eſt HEVSENSTEINORVM ad Rhenum, & in Miſnia TETTAVVIORVM.



Idem. Nunc ſabulo atque argento, quæ eſt KAPPELENIORVM in Auſtria, & ZANDTIORVM ad Rhenum.



Idem. Vel ſecùs argento & ſabulo, & dentibus quidem quaternis, quæ eſt ZANDTIORVM in Bauaria.



Totidem autem decumanis dentibus, ſed puniceis argenteisque, eſt SVBNERIORVM in Imperio. Idem.

At ſectæ ijs apicibus ab ſummò ſcutariç teſſerç ſunt etiam frequẽtes.



Seu oſtro & auro: hæc autem eſt teſſera GMAINERORVM in Bauaria. Idem.



Seu argento & iterum oſtro, atque eſt familiæ BVRCHERSRODAE in Miſnia. Idem.

Aut



Aut ſecùs oſtro & argento : eſt autem HATTENBACHIORVM in Haſſia.

*VVappenbuch,ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Aut ſabulo atque argento : atque eſt MINCKVVITZIORVM in Miſnia, & ROHRBACHIORVM in Bauaria.

*VVappenbuch.*



Obliquè item, aut ab dextero angulo ita dirempta parmula, Nunc ſupernè auro, infernè cyano expicta, eſt ANDREATTINORVM Romæ. Nunc ſupernè argento illuſa, infernè aurem cinnabari, eſt SCHVRSDORFIORVM in Bauaria.

*M.S.ex Muſæis Romanis.*

*VVappenbuch.*



Aut ab angulo læuo, cum ijſdem & apicibus & luminibus, eſt SCHYBOLZDORFIORVM pariter in Bauaria.

*Idem.*

Sed ſunt quandoque ita oblongi dentes hi teſſerarij, vt vniuerſam ſcuti aream imprimant.



Vti cyanei tres, ex ima regione prominentes, areæ argenteolæ : ſunt autẽ MARSCHALKIORVM in Brunſvvigia.

*Idem.*



*Gallicè Emanchè & pointè.*

Qua-

Quaterni verò argentei, prodeuntes ex latere ſiniſtro areæ puniceæ; ac ſunt ROHRIORVM item in Brunſvvigia.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Cum obtuſa deindè aliquantulùm cuſpide, totidem punicei, in aurato ſcuti alueolo, ſunt HASLANGIORVM in Bauaria.

*Idē VVappenbuch*

Quin etiã runcinas teſſerarias videas,



Aut argenteas ternas, ex ima regione, cum oſtro ſupernè prominentes, in icone ſcutaria SCHINSKYORVM in Imperio.

*Idem.*



Aut ſenas è ſabulo; ſibi aduerſas & recuruas, in ſcuti apice argenteo, cum tranſuerſa inſtita coloris praſini: ſunt verò KEVDELIORVM in Haſia.

*Idem.*

Ceterùm etiam ſunt aliquæ dentatę ſimul, & quadripartitę parmulę:



Vti ex auro atque oſtro, in tetrantes dirempta MARCKIONIORVM teſſera, in Vrbe Genuenſi.

*Auguſt. Franſon. in teſſeris gentilit. Nobil. Genuenſ.*

Sunt inſuper faſciæ balteiq; denticulis aſperi, in modum ſerræ: dentibus quidem depreſſis,

Vti

*Gallicè familles de ſcie.*



Vti faſcia argenteola, in muricato ſcuti alueolo, quæ eſt MISTELBACHIORVM in Bauaria.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Faſciæ duæ, altera aurea, & altera cyanea, in conchyliato iterum valuulo, & ſunt GVINIEREORVM in Gallia.

*Marc. Gilbertus.*



Faſcię tres aureolę, in parmula oſtro expicta, & ſunt COSSEORVM pariter in Gallia.

*Adrian. Morliere in lib. Antiquit. Ambiani.*



At erectis dentibus, balteus puniceus, in ſolo ſcuti aureo, eſt FAYETTEORVM in Gallia.

*Marc. Gilbertus.*



Argenteus autem balteus adſimilis, in conchyliata parmula, eſt MISTELBACHIORVM in Miſnia.

*VVappenbuch.*

Sedenim includuntur etiam in ipſis tænijs hæ cuſpides:



Vti argenteæ duæ, in faſcia nigella; quam laciniolæ aureæ muniunt, intra

tra aream metalli argenteoli; quæ teſſera eſt MORSPACHIORVM in Bauaria.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Totidem furuæ, in faſcia argenteola, ſupra ſcuti paginam auream: ſunt autem HEINBERGIORVM, & MANSHOFERORVM item in Bauaria.

*Idē VVappenbuch*



Tres cyaneæ, in faſcia argenteola, quę ſcuti aream puniceam aſtringit: ac ſunt FRAVTENBERGIORVM, & VVILDENIORVM pariter in Bauaria.

*Idem.*



Quaternæ atræ, in argentea faſcia, quam infernè munit aurea laciniola, intra ſcuti aream omninò atram; atque eſt MOSSIORVM in Bauaria.

*Idem.*



Cyaneæ tres depreſſæ, in balteo aureo, ſupra puniceam ſcuti areolam, ac ſunt ZVRLIORVM Neapoli.

*Andreas de Ryet in teſſeris Nobilium M. S.*



Cyaneæ quatuor, ſed erectæ, in ſimili & balteo & area: ſunt verò PISCICELLIORVM perindè Neapoli.

*Idem.*



Qua-

Quaternæ cum media, depreſſæ atque argenteæ; in balteo læuo cyaneo, ſupra parmulæ aream auro illuſam; & ſunt OHERORVM in VVeſtphalia.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Aut nouenæ cyaneæ inuerſæque, in aureo iterùm alueolo, deiunctæ inuicem omnes, & loco trium faſciolarum ordinatæ; quæ ſunt familiæ ACVÑAE in Hiſpania.

*Alphonſ. Lopes de Haro, in Nobiliario genealogico Hiſpaniæ.*



*Gallicè fache danchè.*

Vel aureæ furuæque, partim erectæ, partim depreſſæ, loco trium inſtitarum expictæ ſimul, in teſſera ROHRBACHIORVM in Auſtria.

*VVappenbuch.*



Vel decumanæ cuſpides, ita implexæ, argenteæ furuæque, duplici ſerie, in teſſera gentilitia familiæ VVAMBOLTIAE AB VMBSTAT ad Rhenum.

*VVappenbuch.*



Vel aureæ, atque iterum furuæ, ſerie duplici rursùs, ſed inſtar baltei traiectæ, in ſcutaria icone PIKINGIORVM in Bauaria.

*Idem.*



Denique minutiores & frequentio-

 res

res hi apices teſſerarij, aut ex ſabulo & auro, in faſcias diſtributi, ſeptemplici ſerie, ſunt Romæ VALERANIORVM.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*



Aut ex auro atque oſtro, ſunt Romæ pariter CANCELLIERORVM.

*Eadem.*

### *De vſu muralium pinnarum, in ſcutis teſſerarijs. Cap. XXXVII.*

QVAE in ſcutis gentilitijs inueniuntur murales pinnulæ, modò diuidunt in eis alueoli ſemiſſes, aut ex tranſuerſo, aut directè, aut etiam obliquè; modò ipſos palos, faſcias, balteos muniunt, non ſine multiplici variatione.



Vti pinnula decumana & maxima; prominens ex ima regione furui coloris, cum ſupero ſemiſse argenteo: quæ icon gentilitia eſt VVOLRABIORVM AD HAVTZENDORFIVM in Bauaria.

*VVappenbuch.*



Pinnulæ duæ, prodeuntes ex imo ſemiſse argenteo, cum coccinea ſupera regione, in ſtemmate HOLNSTEINIORVM, & PREYSINGIORVM in Bauaria.

*VVappenbuch.*



Ternæ puniceę, in ſemiſse imo, inſtar muri punicei exſtructo, cum argentea ſuperne areola: ſunt verò STEINDORFIORVM in Miſnia.

*Idem.*

Vel



Vel totidem omninò adſimiles, ſed variato tamen ſitu, eiuſdem & coloris & metalli; ac ſunt VVIRSBERGIORVM in Franconia.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



*Gallicè Maſſonē de gueulles.*

Quinę aureę, ex muro item aureo extantes, cum commiſsura lapidum punicea, & colore pariter puniceo ſupernè, ſunt familię A MVRO in Hiſpania.

*M.S. ex Muſæis Romanis.*



At in parmula, ad perpendiculum dirempta, pinnulę duę puniceę, ex lęuo ſemiſſe eiuſdem coloris prouenientes, in ſemiſsem dexterum argenteolum, ſunt ROHREORVM in Bauaria.

*VVappenbuch.*



In parmula verò ſecta obliquè, ab ſupero angulo dextero, binę cyaneæ, cum cyaneo ſemiſse imo, & ſemiſse altero aureo, ſunt TETTELBACHIORVM in Marchia.

*Idem.*

Vel in eadem ſecta item obliquè, ſed ab lęuo ſupero angulo,



Seu ternæ rurſùs cyaneę, cum argento ſupernè, ſunt EBRONIORVM A VVILDENBERGIO.

*Idem.*



Seu totidem atræ, cum metallo aureo ſupernè, ſunt LINGENNEORVM in Franconia.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Seu quaternæ puniceæ, cum argentea ſupernè area, ſunt LEVVENSTEINIORVM in Haſſia.

*VVappenbuch.*



Seu nouenæ, ſed minutiores, & ſitu inæquales ac puniceæ, cum ſuprema regione auro conſtrata, ſunt DROSTENIORVM in Brunſvvigia.

*Idem.*

Neſcio tamen, an inuerſæ pronæq; murales pinnulæ debeant cenſeri hæ, quæ inclinantur ex ſupero



ſemiſſe coccineo, verſùs imum ſemiſſem argenteolum, in gentilitia icone PROFERIORVM in Sileſia.

*VVappenbuch.*

Sed faſciæ pinnatæ ſunt imprimis frequentes:

*Gallicè faſche breteſsèe, ou crenelèe à trois creneaux.*



Vti argentea faſcia, ternis aſperata pinnulis, in pullato ſcuti alueolo: que eſt LAVTERNAVVIORVM in Heluetijs.

*Idem.*



Vel

Vel faſcia ipſa pullata, ternaſque ex-ſerens pinnulas, in area ſcuti argen-teola: quæ eſt KRVMENAVVIORVM in Sileſia.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſer. Genti-litiar. Imperij, ac totius Germ.*



Vel faſciæ duæ item furuæ, in adſi-mili area, ſed quinis tamen pinnu-lis, ijſque pronis & inuerſis aſperæ: quæ ſunt LIPPEORVM in Saxonia.

*Idem.*



Vel faſciæ tres puniceæ, quarum ſu-prema ter, media bis, & ima ſemel eſt pinnata, in metalli eiuſdem areo-la: ſunt autem VVARTIORVM in Ba-uaria.

*Idem.*

Hę faſcię tamen exarantur quan-doque, inſtar muri.



Vti aurea muralis faſcia, lita ſabulo ad lateres quoſque, ac ter pinnata: quę eſt familię TVRRIANAE in Gallia.

*Philibert. Monet.*



Argentea muralis faſcia, quinquiès pinnata, in valuulo eiuſdem coloris: eſt autem AVVERIORVM AB AVBERGIO in Bauaria.

*VVappenbuch.*



Faſcia inſuper muralis ex oſtro; quater pinnata, in metalli argen-tei laterculo; atque eſt ZIEGLERIO-

*Idem.*

RVM

RVM in Miſnia.

Sunt & baltei pariter in hunc modum pinnulati.



Vti balteus dexter ſabuleus, infernè pinnulis quaternis aſperatus, in ſolo argentei metalli: atque eſt MORIENORVM in VVeſtphalia.

...appenbuch ſeu ...Gen ... Imperij, ... Germ.



Balteus dexter perindè, ſed muralis argenteusque, & quater pinnatus, in parmula conchyliata: eſt autem VVINEGMORVM in Bauaria.

...buch,



Similis balteus cyaneus, in aruo ſcuti argenteolo, eſt LVHEORVM in Saxonia.

Idē VVappenbuch



Baltei duo læui, atque ambo atri, ac ter pinnulis aſperi, in laterculo eiuſdem metalli: ſunt verò SCHLITZIORVM in Haſſia.

Idem.



Atque adeò cantherij teſſerarij tres punicei, ac ter pinnulati, in parmula itē argentei metalli: iq; ſunt HOFERIORVM A LOBENSTEIN in Bauaria.

IdēVVappenbuch

Sed frequens eſt etiam ordo muralium pinnularum, vtrimque diſpoſitus; ſiue illæ aduerſæ, ſiue auerſæ interdum extare videantur. Vt referam primi generis tænias, balteosque, & palos etiam teſſerarios.

Fa-



Faſcia argenteola, alternis pinnulis vtrimque aſperata, in conchyliato ſcuti alueolo, eſt BVRENIORVM in Imperio.

*Io. Iacob. Chiffletius in teſſeris Equitũ Vell. aurei.*



Argenteas verò tres, in ſcuti valuulo atro, gerunt CLARAMONTESII Florentiæ; vel in eo cyaneo, cum ſatis inter faſcias auratis lilijs, Mediolani gerunt BIRAGHI.

*Vincent. Borghin. de famil. Florent.*

*M. S. ex Muſæis Romanis.*



Vacerra ex auro pinnulata, in ſolo ſcuti puniceo, eſt VGVCCIONIORVM Florentiæ.

*Vincentius Borghinus de famil. Florent.*

Eadem iterata & cyanea, in laterculo ſcuti argenteolo, eſt FERRVCCIORVM pariter Florentiæ.

*Idem.*



*D'azur, au pal d'or crenelè de quattre pieces à double, & chargè d'vn autre pal de ſable.*

Aurea vacerra, bis pinnulata quaternis pinnulis, & impreſſa exiliore alia vacerra ex ſabulo, in veneti luminis areola, eſt DESNOYERSIORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



Balteus argenteus, ita quinquiès pinnatus, in cæſia ſcuti areola, eſt VVALLEYSIORVM in Regno Magnæ Britanniç.

*Io. Guliel. Angl.*

Pu-



Puniceus adſimilis balteus; Seu in aurata parmula, eſt ASINIORVM Florentiæ;

*Vincent. Borghin.*



*Gallicè bande breteſsèe & contrebreteſsee.*

Seu in parmula argentata, eſt TIGRINIORVM Lucæ in Ethruria.

*M S. ex Muſæis Romanis.*



Cyaneus balteus ter ita pinnulatus, in aurei metalli areola, tribuitur BALBIS Venetijs.

*M S. ex Muſæis Romanis.*

Cui ſi adijcias alium exiliorem balteum, argentei metalli, ſtellaſque geminas cyaneas, erit ſtemma gentilitium familiæ SFONDRATAE Mediolani.

*Alphōſ. Ciaccon. in Vita & Rebus geſtis Pontif. & Cardinalium.*



Balteus verò ita pinnulatus, ſed abruptus, puniceuſque, in argenteo ſcuti ſolo, eſt DONOPIORVM in Brunſvvigia.

*VVappenburh, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Sed ordinarij baltei tres argenteoli, vtrimque aſperati aduerſis pinnulis, in parmula rubenti, ſunt familiæ SALVIATAE Florentiæ.

*Vincent. Borghin. de famil. Florent.*

Toti-

*Barres breteſſées, & contrebreteſſees.*



Totidem autem ſiniſtri baltei aureique, in area ſcuti ſapphirina, ſunt in Vrbe Veteri familiæ MONALDESCHAE. *M. S. ex Muſæis Romanis.*

Adijcio iam lemniſcos, auerſis pinnulis vtrimque aſperos.



Vti ſunt faſcia coloris atri, ter ſupernè, infernè autem quater pinnulata, in valuulo ſcuti argenteolo; atque eſt familiæ VVERDAE in Haſſia. *VVappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Faſciæ duæ argenteolæ, quater ſupernè, ac ter infernè pinnulis aſperatæ, in aruo ſcuti coccineo, ſunt autem QVADENIORVM A LANDSKROVIO ad Rhenum. *VVappenbuch.*



Aut ſimiles numero pinnuliſque, ſed puniceæ, in ſcuti valuulo argenteolo; ac ſunt ARCKELIORVM in Belgio. *Iacob. Hëricourt. in ſpeculo nobilit. Hasbanicæ.*



Ad hæc aureus balteus, quater ſupernè, ac ter inferne pinnulatus, in cæſio ſcuti laterculo, eſt BARIGIANORVM Peruſiæ. *M. S. ex Muſæis Romanis.*



Balteus argenteus, ſupernè quater, ac quinquiès infernè pinnatus, in rubenti parmula, eſt SCHORLEMERIORVM in VVeſtphalia.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Balteus læuus ater, ternis ſupernè, atque infernè quaternis aſperatus pinnulis, in area partim argento, & partim auro illuſa, eſt PLIDERSDORFIORVM in Bauaria.

*Idem.*



Læui perindè baltei tres, cyanei tamen, in ſcuti valuulo aureo, ſunt NAGROLLIORVM in Imperio.

*Idem.*



Quini autem, & omnes punicei, in parmula metalli argenteoli, ſunt RIEDORVM in Miſnia.

*Idem.*

*De trigonijs pinnulis teſſerarijs.*
*Cap. XXXVIII.*

EST genus quoddam ſcutarię iconis, ſeu typi gentilitij, quod ita figuratur maioribus pinnis; vt quælibet earum angulum vnum rectum, acutos angulos duos præſeferat; nec magnoperè abſimilis videatur, ſeu verſatili vexillulo ex ijs, quibus ventos in faſtigio turrium indicamus, ſeu vexillulo etiam, quo velitum noſtrorum haſtas militares inornamus.

Numerus ordinarius harum pinnularum trigoniarum, eſt octonarius: tot enim partes habentur, ſi ſcuti aream diuidas ſimul tranſuerſè, directè, atque obliquè ab vtroque angulo. Deſcriptio autem huius typi teſſerarij inchoari, ac peti ſolet ab eo fulgore, ſeu coloris, ſeu metalli, qui primus obuerſatur oculis, in ſupero angulo dextero.

Ita-

*Gironnè d'or & de gueulles d' huict pieces.*



*M.S. ex Muſæis Romanis.* *Marcus Gilbert.* Itaque pinnulæ octonæ, partim aureæ, partim puniceæ, ſunt IVVENALIVM Romæ, & MORGESIORVM in Gallijs.



Aut ſecùs, partim puniceæ, partim argenteæ, ſunt ROCVEILORVM in Heluetijs. *VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



*M. S. ex Muſæis Romanis.* Partim aureæ, ac partim cyaneę, ſunt Venetijs CETRANIGIORVM.



Partim ex ſabulo, & partim ex auro, ſunt in Heluetijs pariter STVCKIORVM. *Idem.*



*Marcus Gilbert.* *Iacob. Hèricourt.* Partim argenteę, partim puniceę, ſunt BOCARTIORVM, & FRAMONVILLEORVM in Gallia; in Belgio autem HAVRECHIORVM.



Partim ex argento, partim ex ſabulo, ſunt CHASTEAV-VILLANIORVM, & ROVXIORVM in Gallia. *Marcus Gilbert.*

*Gironnè d'or & d'azur de dix pieces.*



At pinnulę trigonię, denæ numero, partim aureæ, partim verò cyaneę, ſunt inſignia FLANDRIAE; cum puniceo tamen ſcutulo, impreſſo in ipſius areæ vmbilico. *Io. Iacob. Chifflet.*



Partim argenteę, partim ſabuleę, ſunt ENCHIENORVM in Belgio: verùm hæ trigoniæ pinnulæ ſabuleæ, cruculis aureis exornantur etiam; quas nos alibi deſcribemus.

*Gironnè d'or & d'azur de douze pieces.*



Præterea duodenæ eædem pinnulæ trigonię, partim áureæ, partim verò ſapphirinæ, ſunt ARMOISESIORVM in Lotharingia. *Marcus Gilbert.*



Partim aureę, partim puniceæ, ſunt HAMAMEORVM in Gallia. *Idem.*



Partim argenteæ, partim autem iterùm puniceæ, ſunt VVALBODTIORVM A BASSENHEIN ad Rhenum. *VVappenbuch. ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

*Gironnè d'argent & de gueulles de ſeiſe pieces.*



Demùm pinnulæ trigoniæ ſex ac denæ,

denæ, iubar argenti atque oſtri reciprocantes, ſunt BECOVRTIORVM in Gallia.

*Marc. Gilbertus.*

*De ſcutulis, ſeu teſſellis ſymbolicis.*
*Cap. XXXIX.*

SCVTVLATAE parmulæ gentilitiæ, aut è ſcutulis fiunt, quæ ſunt omninò quadræ, & quodammodo ſeſſiles; aut e ſcutulis fiunt, quæ acutangulæ ſunt, ac veluti gradiles. Hæ autem nunc ſolidę, atque integrę vſurpantur; nunc in medio pertuſæ, & cum foramine interdum anguloſo, interdum verò tereti: deque his omnibus iã ſeorſim diſſeremus. Porrò in his ſcutulatis parmulis, aut teſſellæ ipſæ, aut limites earum numerari ſolent, quotieſcumque illæ deſcribantur; ſemperque in eis miſcentur lumina coloris, ac metalli.

Vt initium ducam ab orthogonijs, ſeu rectangulis & quadris teſſellis,

*Gallicè cinque poincts d'echiquier d'or, equipollez à quatre poincts d'azur.*



Quaternæ cyaneæ, & quinæ aureolæ, ſunt inſignia GENEVAE, atque inſuper GENIVEVILLARSIORVM in Gallia; GENTILIVMQVE, & PALLAVICINORVM Genuæ: hi tamen in capite ſcutario ſuperaddunt eis abruptam tæniam ſabuleam, vtrimque pinnulatam.

*Io. Iacob. Chiffletius in teſſeris Equitum Vell. aur.*

*Auguſtin. Franſon. in teſſeris gentilit. Nobil. Gen.*



Quaternæ atræ & quinæ aureolæ, ſunt GRISONIORVM Venetijs.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*



Quaternæ puniceæ, & quinæ argenteolæ ſunt BOISSYORVM in Gallia, & Mediolani CVSANORVM.

*Adrian. Morlieve in libro Antiquitatum Ambiani.*

*Alphonſ. Ciaccon. in Vitis, & Rebus geſtis Pontif. & Cardinalium.*



Quaternæ aureolæ, & quinæ puniceæ, ſunt Venetijs CETRANICIORVM. At quindenæ iſtiuſmodi teſſellę par-

*M. S. ex Muſæis Romanis.*

tim

*Gallice Echiquetè d'or & d'azur de quinze pieces.*



*Alphonſ. Lopes de Haro, in Nobil. geneal. Hiſpan.*

tim aureæ, partim cyaneę, ſunt familiæ PORTOCARRERAE in Hiſpania.



*Idem.*

Totidem partim cyaneæ, partim argenteolæ, ſunt familiæ TOLETANAE pariter in Hiſpania.



*Marcus Gilbert.*

Totidem partim aureæ, partim atræ, ſunt familiæ ANTONILEZ, & familiæ BERMVDEZ in Hiſpania; cum margine tamen aureo, catena cyanea impreſſo.



*Conſaluus Argote in libro de Nobilitate Bætica.*

Totidem partim aureæ, partim puniceæ, ſunt familiæ ALHAIAE pariter in Hiſpania; cum limbo tamen cyaneo, in quo ſeptem argentea bouis capita circumferuntur.



*M.S. ex Muſæis Romanis.*

Vel ſecùs partim puniceæ, partim aureę, ſunt ibidem familię GISNERAE.



*Eadem.*

Totidem partim argenteę, ac partim nigellæ, ſunt familiæ PAVIAE, ac SOLIERORVM item in Hiſpania.

Vel



Vel partim nigellæ, ac partim argenteæ, ſunt familiæ BAZANAE rursùs in Hiſpania. *Alphonſ. Lopes de Haro.*



Totidem partim aureæ, partim ter oſtro lemniſcatæ, & circumſcriptæ laciniolis etiã ex oſtro, ſunt VLLOAE gentis perindè in Hiſpania. *Idem.*



Vicenæ iſtiuſmodi teſsellæ, quinquè limitum, partim aureę, partim coccineæ, ſunt SPANHEIMORVM in Belgio. *Iacob. Hericourtius in ſpeculo nobilitatis Hasban.*



Partim aureæ, partim ſapphirinæ, ſunt familiæ VERMANDOIS in Gallia. *Adrian. Morliere.*



Partim aureæ, partim furuæ, ſunt IVEENIAE ſtirpis in Belgio. *Iacob. Hericourt.*



Vel ſecùs partim furuæ, ac partim aureæ, ſunt AMSCHVVANGKIORVM ad Rhenum. *VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

Tri-



*Io.Iacob.Chiffletius in teſſeris Equitum Velleris aurei.*

*Philibert:Monet. in praxi rei teſſ.*

Tricenæ ſcutulæ ſymbolicæ, ſenis ductibus diſtributæ, partim aureæ, partim puniceæ, ſunt Avxyorvm in Belgio, ac Trenantiae familiæ in Gallia,



Quinæ ac tricenæ teſſerulæ orthogoniæ, ſeptenis ductibus contextæ, ac partim ſabuleæ, partim aureæ, ſunt Pritvvitziorvm in Sileſia.

*Idem.*



*Idem.*

Partim auseæ, partim cyaneæ, ſunt Dievxiorvm in Gallia.



Partim cyaneæ, partim argenteolæ, ſunt Bvziorvm Venetijs.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*



*VVappenbuch.*

Partim puniceæ, partim argenteolæ, ſunt Plavsigiorvm in Thuringia.



Partim argenteolæ, ac partim atræ, ſunt Pepvlae gentis Bononiæ.

*Alphōſ. Ciaccon. in Vita & Rebus geſtis Pontiſ. & Cardinalium.*

Partim



Partim aureæ, partim cyaneæ, ſunt NARDVCCIORVM Lucæ in Ethruria.

M. S. ex Muſæis Romanis.



Partim argenteæ, partim puniceæ, ſunt HANGESTEORVM in Gallia.

Adrian. Morliere in lib. Antiquit. Ambiani.



Partim puniceæ, partim argenteolæ, ſunt familiæ BARBADORAE Florentiæ.

Idem.



Partim verò ſabuleæ, partim argenteolæ, atque omnes denis verſibus comprehenſæ, ſunt familiæ CALVAE in Vrbe Genuenſi.

Auguſtin, Franſonus teſſer. gentilit. Nobil. Gen.

Fiunt quoque in tota ſcuti pagina, excepto eius tetrante:



Plures numero teſſellæ, in limites octo diſpoſitę, ac partim aureæ, partim cyaneæ, ſunt VBERTORVM Florentiæ.

...ntius Bor... ...s de famil. ...nt.



Vti aureæ ac furuæ, cum dextero tetrante argenteo, in icone gentili-

 tia

*Andreas de Cheſne in Hiſtor. familiarum nobiliū Galliæ.*

tia DIGOINIORVM in Gallia.



Vel furuæ atque argenteæ, cum eo tetrante aureo: quæ eſt teſſera HONENECKIORVM in Auſtria.

*VVappenbuch ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

Aliæ plures ſcutulatæ parmulæ referuntur à Marco Gilberto Deuarenne; ſed nec ipſæ, nec ipſarum ſaltem limites numerãtur; vt proinde illas mihi ſculpere, abſque erroris metu, non licuerit.

Vt has omittam; ſcutulata par-



mula ex auro & cyano, quaternis ductibus, cum faſcia punicea iuſti modi, eſt BOISGENSYORVM in Gallia, & CLIFFORDIORVM in Regno Magnæ Britanniæ.

*Andreas de Cheſne in Hiſtor. fam. nobil Galliæ.*

*Io. Vincentius Anglus.*



Ex oſtro & auro, ſenis ductibus, cum duplici faſcia beſſali cyanea, eſt MVNICHIORVM in Thuringia, & TEVCHERNIORVM in Miſnia. *VVappenbuch.*



Vel ex ſabulo atque argento, eſt ZEHEMENIORVM pariter in Miſnia. *Idem.*



Vel ex oſtro atque argento, cum ea duplici faſcia beſſali aureola, eſt TANNENBERGIORVM in Saxonia. *Idem.*

Vel



Vel ex cyano argentoque, cum puniceo balteo lęuo eam aſtringente, eſt HAVNOLDTIORVM in Sileſia.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

Interdum ſcutulis caret dumtaxat ſcutarij faſtigij ſuprema regio: Vti coronis punicea, cum ſcutulata quinis ductibus parmula,



Seu ex argento ac cyano, eſtque NOVEORVM in Gallia, PALMERIORVM in Regno magnæ Britanniæ;

*Andreas de Cheſne in Hiſtor. familiarum Nobilium Galliæ.*

*Io. Guliel. Anglus in tract. rei teſſ.*



Seu ex ſabulo atque argento; eſt autem DACHENHAVSENIORVM in Sueuia.

*VVappenbuch.*

Quamquam eſt ſæpe ſola ſcutaria coronis teſſellata.



Vti ex argento & ſapphiro trium limitum, cum cetera ſcuti regione conchyliata, in ſchemate gentilitio AILLYORVM in Gallia;

*Inſignia Auratorũ Equitum Spiritus ſancti.*



Vel cum ea ſcuti regione aurea, in ſtemmate BOCSOZELIORVM in Delphinatu.

*Marc. Gilbertus.*

Inueniuntur quoque ſoli ſemiſſes areæ ſcutulati; vti regio ima, oſtro & auro quaternis ductibus teſſellata, cum auro supernè, in ſchemate SCHVLTZENIORVM in Brunſvvigia.

*VVappenbuch.*



Vel illuſa oſtro atque argento, cum eodem metallo ſupernè: eſt autem ſtemma GIELIORVM A GIESBERGIO in Heluetijs.

*VVappenbuch. ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Vel ſabulo atque argento expicta, cum oſtro ſupernè; atque eſt parmula ſymbolica BINDEMANERIORVM in Sileſia.

*VVappenbuch.*

Præterea ſcutulatus læuus ſemiſſis,



Vel ſabulo auroque nouenis ductibus, cum ſemiſſe dextero aureo, in ſcutaria icone BVRSCHECKENIORVM in Sileſia.

*VVappenbuch.*



Vel oſtro atque argento, ductibus denis, cum ſemiſſe altero cyaneo: eſtque icon teſſeraria BVBELVVITZIORVM pariter in Sileſia.

*Idem.*



Atque adeo ſummus ſemiſſis diagonalis dexter, quadris ſcutulis maioribus, partim puniceis, partim argenteolis impreſsus, cum atrato imo ſemiſſe, in ſtemmate LANDENSHEINIORVM in Franconia.

*Idem.*

At frequentes admodum ſunt faſcię, pali, & baltei, quadris iſtiuſmodi teſſerulis vermiculati.

Vti



Vti faſcia, oſtro argentoque binis ductibus exarata. in ſapphirino ſcuti alueolo: atque eſt BERGENIORVM in Sileſia.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

Ternis verò ductibus exarata, ex minio argentoque.



Seu cum aurata ſcuti pagina, eſt familiæ A MARKA in Belgio;

*Iacob. Hericourt.*



Seu cum ea ſcuti pagina muricata, eſt DANTREHANIORVM in Gallia.

*Philibert. Monet.*



Ex argento autem & cyano, cum aureo ſcuti alueolo, eſt SCHIELEBENIORVM in Marchia.

*VVappenbuch.*



Faſciæ duæ, oſtro atque argento binis ductibus vermiculatæ, in parmula auro conſtrata, ſunt familiæ SERRAE in Vrbe Genuenſi, & TRVCHSESIORVM in Franconia.

*Auguſt. Franſon.* *VVappenbuch.*



Faſciæ tres, argento & cyano vermiculatæ, duplici ſerie, in muricata par-

*Marcus Gilbert.* parmula, ſunt GAMBOVLTIORVM in Gallia.



Faſciæ tres, in medio quidem tractu puniceæ, ſed ſtipatæ minutioribus teſſerulis aureis puniceisque, quadruplici ſerie, in argentei metalli areola, ſunt familiæ SAVVEDRAE in Hiſpania.

*Alphonſ. Lopes de Haro, in nobilitar. genealogico Hiſp.*



Totidem in adſimili areola, ſed cum hac ſolùm variatione, quòd teſſerularum binos eos ordines permeet tænia coloris atri, ſunt familiæ SOTOMAIORIS, item in Hiſpania.

*Idem.*



Perindè palus iuſti modi, cyano atque argento, ſerie duplici, teſſellatus, in area punicea, eſt familiæ FERSIAE in Haſſia.

*VVappenbuch.*



Pali tres, eodem modo vermiculati, in ſimili areola, cum coronide ſcutaria inaurata, ſunt CLARYORVM in Gallia.

*Amdreas de Cheſne in Hiſtor. familiarum nobil. Galliæ.*



Totidem argento & cyano, triplici verſu tamen ſcutulati, in ſolo lumi-

nis

*Marcus Gilbert.* nis punicei, ſunt Classyorvm item in Gallia.

Neq;aliter baltei ſcutulis diuidũtur,



Ita balteus, duplici ſerie, impreſsus argento atq; oſtro, in parmula coloris veneti, eſt VViesεorvm in Sileſia. *VVappenbuch.*



Balteus teſsellis puniceis argenteiſq. trium limitum exaratus, in aureo ſcuti alueolo, eſt familiæ Centvrionae in Vrbe Genuenſi. *Auguſt. Franſon.*



Balteus ter argento & cyano ſcutulatus, in ſcuti valuulo conchyliato, eſt familiæ Tomacellae Neapoli, ac Genuæ familiæ Cibae: ſed cum adiecta cruce punicea, in apice ſcutario metalli argenteoli. *Marcus Gilbert. Alphóſ. Ciaccon. in Vita & Rebus geſtis Pontificũ, & Cardinalium.*

Balteus argento & ſabulo ter vermiculatus, in aureo quidem valuu-



lo, eſt familiæ Adornae, in Vrbe Genuenſi. *Auguſt. Franſon. in teſſeris gentilit. Nobil. Genuenſ.*



In eo autem valuulo cyaneo, eſt Girardorvm in Delphinatu. *Marcus Gilbert.*



Bal-



Baltei tres, orthogonijs teſsellis, aureis puniceiſque, triplici verſu impreſſi, rursùs in cyaneo ſcuti valuulo, ſunt familiæ FONTANAE DE OIGNONIO in Gallia. *Marcus Gilbert.*



Siniſter balteus, atris aureisq; quadris, ſerie duplici vermiculatus, in argentei luminis alueolo, eſt VIERMVNDTIORVM in Haſſia. *VVappenbuch.*



Aut baltei lęui tres, ſulcati puniceis argenteiſque teſſerulis, geminato pariter earum tractu, in laterculo ſcuti cæruleo: ſunt autem GROSCHLAGIORVM ad Rhenum. *Idem.*

Progredior iam ad ſcutulas oxygonias, ſeu acutangulas, erectas, & quaſi gradiles.



Cuſpidata iſtiuſmodi teſſerula & argentea, in ſemiſse imo atro, cum ſupero ſemiſse aureo, eſt KVTENAVIAE familiæ in Bauaria. *Idem.*



Plinthides duæ atrę, in aurato ſcuti valuulo, ſunt OBERGIORVM in Brunſvvigia. *Idem.*

Tres



Tres puniceę, in faſcię modum diſpoſitæ, intra parmulam argenteolam, cum ſcutaria coronide nigella, ſunt familiæ CAIAZZAE in Italia.

*Philibert. Campanile in teſſeris Nobilium.*



Tres argenteæ, in ſupera regione atra, cum ima regione argentea, ſunt ECKERIORVM A PAERINGIO in Bauaria.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Tres aureæ, in modum baltei ordinatæ, intra cyaneam ſcuti areolam, ſunt PAYERORVM A FLACHIO in Heluetijs. *VVappenbuch.*



Totidem atræ, inſtar baltei læui commiſſæ, in ſcuti valuulo argenteolo, ſunt KNOBAVCHIORVM in Haſſia. *Idem.*



Tres rursùs, ſed puniceæ, ac eo ſitu, vt iungant cuſpides in vmbilico parmulæ argenteolæ, ſunt BRAVNIORVM, & KRACHAVVIORVM in Sileſia. *Idem.*

